

tit. de substantialib. donat. num. 17. 18. Matienç. in l. 7. glos. 6. num. 6. tit. 10. lib. 5. Recopilat. Hermos. d. glos. 15. num. 5. 6. Cancer. part. 1. cap. 8. num. 4. licet contrarium teneant Ant. Fab. in Cod. lib. 8. tit. 4. diffinit. 3. Gratian. cap. 409. num. 19. Borell. in summ. decision. part. 3. tit. 1. de insinuat. donat. à num. 93. ubi alios laudat, qui docent, absque insinuatione remissionem debiti liquidi valere.

40 Igitur huic argumento dicendum est, omnia supra tradita procedere, cum ex mera liberalitate quis remittit, aut renunciat; non si ex necessitate præcedentis contractus onerosi, ut evenit ei, qui auxilio d. l. 2. renunciat, nullo modo donare intelligitur. Cyriac. d. controvers. 128. n. 105. Rim. cons. 195. num. 16. vol. 2. de quo D. Covarr. infra, n. 12. in fine, & diximus, sup. n. 34.

Ibi: *Contrarium tamen, imò insinuationem non acquirit.*

41 Hanc sententiam omnino tenendam, scilicet in enunciatione d. l. 2. insinuationem non esse necessariam, quia donatio non est; amplectuntur Tondur. d. c. 57. nu. 22. Seraphin. decis. 181. Alberic. in l. donati, ff. de donat. Gratian. disceptat. cap. 273. num. 39. Hermos. d. glos. 11. num. 26. Pinell. part. 1. cap. 2. nu. 24. ubi Suarez, qui sentiunt, tunc insinuationem desiderari, quando constat, liberaliter renunciationem fuisse factam, non necessitate aliqua dominantis à præcedente contractu, ut contingit in clausulis ex officio per Tabelliones inertis, vel quas contrahentes simul in eodem instrumento adiungunt iurati: quod secus est, cum quis volens donare Titio mille, fundum duorum milium ei pro mille vendit, ut in casu l. si quis donationis 39. ff. de contrab. empt. Idemque est, si post intervallum fiat renunciatio, quia jam necessitate præcedentis contractus cessante, vera donatio est, quibus casibus insinuationem adhiberi necesse est, quod optime advertit Cyr. ac. & Tondur. ubi proxime: distinguit enim inter remissionem in pactis accessoris venditionis factam ratione prioris contractus, & eam, quæ principaliter fit, necessitate non cogente; & licet verba donationem sonent, non quod dicitur, sed quod agitur, est considerandum; nec de nomine, sed de substantia contractus ratio haberi debet, l. cum in venditione 36. ff. de contrab. empt. l. si uno 12. in princ. ff. locati, l. empt. 9. C. de contempt. l. 1. & per totum. C. plus valere, quod agitur, Carleval. d. tom. 2. tit. 3. disp. 35. n. 45. ubi multi Barbof. in collectan. ad l. non epistolis, n. 13. C. de probat. Tiraquell. de retract. lignagier, §. 30. glos. 1. nu. 11. & sic intelligenti sunt Card. Lug. ubi proxime, & alii.

Verf. Primum etenim.

42 Contractus nomen, ac naturam fortinuntur ab eo, quod contrahentes principaliter intendunt, et si aliud admisceatur, l. si sterilis 22. §. Si tibi fundum, ff. de action. empt. l. tenetur 6. eod. Guttier. de gabell. qu. 35. num. 13. Molin. disp. 336. num. 6. Laffare de decim. vendit. c. 2. à n. 1. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præf. 104. num. 38. Pinell. in d. l. 2. part. 2. rubric. n. 2.

43 Hoc argumentum, cui Fachin. respondet, & alius, d. c. 19. non multum verè sententiæ favet; nam si constaret de vero animo donandi, donatio non esset accessoria venditionis, cum propter hanc illa facta non fuisset, sed ex liberalitate; possetque contractus gratuitus ab oneroso separari, ut

insinuatione, ubi necessaria foret, adhiberetur; imò licet unus contractus alterius sit sequela, non idem tenet sine juris solemnitatibus, l. 1. §. ult. ff. de reb. eorum. Alioquin fraus fieri legi sæpè posset, si unus contractus in consequentiam alterius celebraretur ad effugiendas juris solemnitates. Igitur in præsentis quaestione, illud solum inspicere debet, num libera donandi voluntas adfuerit, nec ne, ut dicamus insinuationem requiri, vel non.

Ad Num. 9.

Ubi non apparet, quid contrahentes principaliter voluerint agere; talis contractus celebratus creditur, qualis ab eis fuit denominatus, Gratian. disceptat. c. 96. num. 10. August. Barbof. de axiomat. jur. axiom. 109. n. 4. Ant. Menoch. Florentin. decis. 51. n. 5. Menoch. d. lib. 3. præf. 105. nu. 2. Ant. Gom. lib. 2. variar. cap. 2. num. 30. Cyriac. tom. 1. controvers. 145. num. 44. Tondur. quaest. civit. c. 79. num. 1. Marefcot. variar. lib. 2. cap. 133. num. 2. Unde si pecunia & res, cujus valor parum, aut nihil quantitatem pecuniæ excedit, pro re alia datur, & contrahentes se permutare dixerint, erit contractus permutationis, sin vendere, erit venditio; Cardin. Lug. de just. tom. 2. disp. 26. sect. 1. num. 6. Lef. eod. tract. lib. 2. cap. 21. dub. 1. Dicastill. in similit. tract. lib. 2. tract. 9. disp. 1. dub. 1. nu. 61. Anton. Gom. ubi proxime, Guttier. de gabell. quest. 30. num. 2. Cyriac. tom. 1. controvers. 69. n. 14. Molin. de disp. 336. nu. 6. Matienç. in l. 7. glos. 10. num. 4. tit. 11. lib. 5. Recopilat. Mantie. de tacit. & ambig. convent. lib. 22. tit. 28. num. 70. verf. Sed considera, Lafart. supra, c. 17. num. 22. Pinel. ubi proxime, num. 6. Bertachin. de Gabell. part. 3. part. 8. principalis, numer. 2. Parlador. different. 109. §. 4. n. 8. Quod verum est, cum non agitur de aliorum præiudicio, quam eorundem contrahentium; nam si Tertio detrimentum imminet, non attenditur nomen actui impositum, sed quod verè actum est: quare si res pecuniæ excedat, erit permutatio; si pecunia rem, venditio, quamvis maximus excessus non sit, quidquid contrahentes dixerint, Guttier. d. q. 30. n. 6. Molin. d. disp. 336. n. 7. Lafare. ubi proxime, Pinell. d. c. 2. n. 3.

Ibi: *Nisi pecunia, quæ rei in permutatione accessit.*

Quoties inter valorem rei, & pecuniæ quantitatem, quæ pro alia re datur, magnus est excessus, nihil interest, quod nomen contrahentis actui impositum sit; nam aut res excedit pecuniam, & permutatio censetur, aut pecunia rem, & venditio iudicabitur, Dicastill. n. 62. Guttier. n. 5. Molin. Ant. Gom. Parlador. Cardin. Lug. Lef. ubi proxime, Matienç. d. glos. 10. n. 6. Cyriac. d. controvers. 69. n. 12. 13. 16. Guid. Pap. quest. 92. Boer. decis. 144. Mantie. d. lib. 2. tit. 2. n. 17. & lib. 22. tit. 28. n. 70. Ratio est, quoniam si quod geritur, repugnat nomini ab agentibus imposito, à verbis receditur, & secundum substantiam contractus iudicatur, l. cum manus lata 80. §. fin. ff. de contr. empt. l. insulam 6. ff. de præscript. verbis, l. ubi ita donatur. 27. ff. de donat. caus. mortis, Cyriac. tom. 2. controvers. 254. num. 27. cum seqq. Guttier. n. 4. Matienç. num. 5. Boer. nu. 2. Purpurat. in l. 2. in princip. num. 51. ff. si cert. petat. Bald. in rubric. C. de jur. emphyteut. Barbara in rubric. in Decret. de locat. & conduct. col. ult. Jul. Clar. receptat. sentent. §. Emphyteusis, q. 1. in fine. Menoch. d. præf. 104. ex num. 28. & præf. 103. n. 10.

10. 11. 12. ubi hoc ita, quia falsa demonstratione vel nominatione, rerum veritas immutari non potest l. cum falsa 5. C. de jur. & fact. ignorant. Inde provenit, ut cum in contractu, de quo agimus, repugnet nomen permutationis actui, in quo maxima pecuniæ quantitas pro re datur, venditio celebrata contra verba contrahentium censetur, nec de re, quæ cum pecunia datur curandum est; quæ cum exigua sit, accedit pecuniæ; contractus autem ab eo, quod principale est, naturam fortitur; ut præfati DD. asserunt. Idemque per contrarium dicendum est, ubi contrahentes dixerint vendere, cum res multum excedit pecuniam, quæ cum ea datur, non enim erit venditio, sed permutatio.

46 Sed hæc erunt limitanda, si ex mente contrahentium appareat ita voluisse contractum expressum celebrare, ut in alium minimè consentirent; tunc enim si verba actus substantiæ sint contraria, nihil agitur, nec contra voluntatem agentium sustinebitur, quod gestum est, alio modo: quam illi expresserunt; atque ita intelligi debet communis doctrina, cum multis per Tondurum tradita supra, cap. 69. n. 16. cum seqq. quæ superius dicta videtur evertere, at cum inus in dubio actus debet interpretari, ut potius sustineatur, quam pereat, l. quoties, la 2. ff. de reb. dub. atque ita præsumitur, contrahentes voluisse actum eo modo facere, quo melius subsistere posset, quamvis in nomine erraverint.

Ibi: *Quod si res, & pecunia æquales sint.*

47 Si æqualitas omnimoda sit inter pecuniam & rem, quæ cum illa datur, aut ita parvas sit excessus, ut pro nihilo habeatur, & contrahentes nomen contractus non expresserint, triplex est sententia. Prima receptor habet contractum permutationis intelligi, ut cum Bartolo sentiunt Menoch. d. lib. 3. præf. 39. num. 2. Osuald. ad Donellum lib. 1. c. 1. lit. K. Tiraquell. de retract. lignag. §. 30. glos. 1. num. 13. Pichard. in §. Item pretium, nu. 15. Inst. de emp. Bertachin. ubi proxime, Cyriac. d. controvers. 69. n. 15. Ant. Gom. d. nu. 10. in fine. Ex ea de part. n. 516. verf. Tertius casus, & alios laudat Pinel. sup. n. 5.

Ibi: *Verius tamen est.*

Secunda, cui D. Covarr. adheret, docet: pro parte venditionis, pro parte, permutationis esse contractum: hanc amplectuntur Card. Lug. supr. Dicastill. n. 63. Guttier. d. q. 30. num. 13. ubi de praxi testatur, Matienç. d. glos. 10. num. 8. Laffare cap. 17. num. 22. Pinel. d. cap. 2. num. 9. Gratian. disceptat. cap. 206. nu. 23. Molin. disp. 336. n. 8. quæ proculdubio tenenda est, quoties de Tertio præiudicio tractatur, licet alias in puncto juris verior Bartoli videatur.

Ibi: *Quo in loco Baldum adducit.*

49 Tertia Baldi affirmat, hoc casu contrahi venditionem, cum quo ita tenent Alexand. in l. 2. n. 7. ff. si cert. petat. Curt. Jun. in l. si pascenda, num. 11. C. de pact. & in eam inclinat Caelian. Cora in memorabili. verb. contractus an in dubio, quam veram sentiunt, si pretii mentio in instrumento fiat, aut aliàs constet, pecuniam pretii nomine fuisse daram. Exea supra, numer. 517. Purpurat. in l. 2. ff. si cert. pet. Ripa ibi, col. fin. nam ubi de pretio agitur, venditio contrahi præsumitur, l. fin. C. de Faria addit. ad Covarr. Tom. I.

præf. Decurion. lib. 10. glos. verbo, accepto, in l. apud Gellum, §. Sed cum legitima, ff. de dol. except. Afflic. decis. 72. n. 9. Alciar. in l. 2. in princip. n. 16. ff. si cert. petat. Marfil. singul. 105. Menoch. d. lib. 3. præf. 74. Ferrer. in l. juris gentium in cap. n. 46. ff. de pact. Ipsam quoque admittunt, si species, pro qua res & pecunia datur, habeatur venalis Exea, ubi proxime, Pinel. num. 6. Matienç. num. 8.

Sed si res, aut pecunia, inter se aliquam notabilem differentiam contineat nomine à contrahentibus non adjecto, contractus ex eo quod prævalet, æstimabitur; nisi, ut diximus: excessus valde sit exiguus, qui pro nullo computatur, Guttier. cum aliis, d. quest. 30. num. 8. Gratian. cap. 206. n. 22. Osuald. ubi supra, Pichard. d. num. 15. Molin. disp. 336. n. 8. Pinel. num. 2. 4. Boer. quest. 214. col. 2. Dec. in l. imaginaria, ff. de reg. jur.

Quæ omnia observatione sunt digna ad materiam retractus, qui l. 7. tit. 11. lib. 5. Recopilat. datur consanguineis, nec non ad gabellarum, in quo multum interest, an venditio, vel permutatio celebratur, ut advertit Guttier. d. quest. 10. num. 6. Ad quæ vide Molin. d. disp. 336. n. 7. Dicastill. supr. n. 63.

Verf. Secundo, ut ad institutum peculiare redeamus.

Rationi huic respondit Fachin. d. c. 19. quod cum contrahens expressim donat, sumus in claris, & ideo istis conjecturis non est locus. Sed replicatur, quoad verba solum id esse verum, non quoad animum donandi: qui ex illis minimè colligi potest, cum ex actu potius præsumatur voluntas donandi non ad esse.

Ad Num. 10.

Ibi: *Nec obstat quod in dictis.*

Licet inter extraneos nunquam donatio præsumatur Menoch. de arbitrar. lib. 2. cas. 88. num. 55. 1. ubi late, Carleval. de tom. 2. tit. 3. disp. 23. & diximus supra, lib. 1. cap. 16. num. 37. Inter conjuges tamen, ob affectionem connubialem secus est; l. uxori sua 32. §. ult. ff. de legat. 3. & probavimus d. cap. 16. numer. 617. quare læsio in venditione contingens viro, vel uxori, potius liberalitati, quam necessitati tribuitur.

Ad Num. 11.

De hoc dictum est supra cap. proximo, n. 16. ubi probatur, læsionem in contractu venditionis, etiam jure gentium esse toleratam, & quare, & num. 19. quod etiam quoad forum externum de jure Canonico licet, quatenus in lædentem intra dimidiam actio, vel exceptio non datur. Adde Hermos. in d. l. 56. glos. 9. 21. Cyriac. controvers. 169. n. 13.

Ibi: *Posunt sanè Legislatores.*

Hanc potestatem permittendi mala; ut majora vitentur; penes Legislatores esse, docent D. Thom. 2. 2. quest. 93. art. 3. Pat. Suar. de legib. lib. 3. c. 15. cum seq. Sanch. de matrim. lib. 1. disp. 39. n. 2. Tiraq. de legib. connubial. l. 9. n. 1. Azor. inst. mor. lib. 5. quest. 5. cap. 5. Castr. de leg. pænal. lib. 2. c. 9. Leotard. de usur. quest. 6. num. 25.



Ex hoc, in veteri Testamento Moyses Hebraeis repudium quamvis illicitum permittit ob majus malum vitandum: ne scilicet mariti propter duritiam cordium uxores sibi exosas, quas expellere non possent, enecarent: quod insinuat illo Mathaei cap. 19. Quoniam Moyses ad duritiam cordis vestri permittit vobis dimittere uxores vestras. Quod & refertur Marc. c. 10. atque ita sentiunt D. Hieronymus, Beda, Theophilus, Euthymius in d. cap. Tertullianus de monogamia, Origenes tract. 7. in Mat. Alfonso a Castro supra, cap. 11. in 3. princip. argum. Sor. in 4. dist. 33. quest. 2. art. 2. conclus. 2. Tiraquel ubi proximè, dict. l. 9. glos. 1. num. 5. Navar. conf. 3. in fine de convers. conjugator. in novis, Pet. Gregor. Syntagmat. jur. part. 1. lib. 9. cap. 16. num. 1. & part. 3. lib. 22. cap. 3. nu. 22. Secundum quos Judaeis dimittere uxores, etiam juxta legalem formam peccabant, id tamen quoad forum externum impunitum relinquebatur. Quamvis alii multi, gravissimique Interpretes in ea sint opinione, ut Hebraeis repudium fuerit permittum, tanquam licitum, nulloque modo peccarint per legitimam uxorum dimissionem; de quo videri possunt, D. Antonin. part. 2. tit. 14. cap. 10. §. 3. Maldonat. in Evang. in d. capit. 19. Abulens. ibidem, quest. 46. 51. Par. Suar. ubi supra, lib. 9. cap. 4. nu. 6. 16. Sanch. de matrimo. lib. disp. 1. num. 7. Hinc jure Canonico permittive toleratur electio digni, omissio digniore, ob gravius malum vitandum, etsi elector peccet; ut per Molin. de primogen. lib. 2. ca. 5. nu. 55. Hinc usura, moderatas in Republica posse permitti, licet jure naturae prohibeantur, scripsit post alios Leotard. sup.

Ibi: Ergo cum laeso etiam citra dimidiam.

56 Laedens alterum, etiam infra justii pretii dimidiam in contractu venditionis, graviter peccat, & ad excessus restitutionem in foro animae tenetur, nisi parvitas materiae excuset, Molin. ubi proximè, numer. 5. Dicastill. de just. lib. 2. tract. 9. disp. 2. dub. 9. ex num. 127. Card. Lug. d. disp. 26. sect. 6. n. 81. ubi late probat Bonacin. in sum. tom. 2. tract. de contractib. disp. 3. quest. 2. punct. 4. n. 6. in fine, Molin. disp. 350. n. 5. Hermos. ubi proximè, Guttier. Canoniar. lib. 1. cap. 39. n. 12. Cyriac. d. controvers. 169. n. 13. Felician. de censib. lib. 2. c. 1. à num. 7. Scaccia de commerc. §. 1. quest. 7. part. 2. ampliat. 10. num. 2. Farinac. in fragment. crimin. part. 1. verbo, deceptio, nu. 44. Barbof. in collectan. ad l. 2. numer. 116. Cevall. tom. 1. quest. 508. n. 1. Mantic. de tacit. & amb. convent. lib. 4. tit. 20. num. 54. Tepat. supra, tit. 403. c. 2. in fine, & plurimi alii, quos congerunt Barbof. n. 114. 115. & Hermos. supra, & ita omnino tenendum est, quidquid doceant Padilla n. 73. Didac. Per. in l. 1. glos. unic. col. 17. ad finem, vers. Ex quo inferri potest, tit. 7. lib. 5. Ordinar. Menchaca controvers. usufrequent. lib. 3. cap. 48. per totum, Ancharran. in cap. peccatum, conclus. 4. in princip. de reg. jur. in 6. Decius in l. semper, in fine, ff. de reg. jur. Duenas, reg. 148. Parlador. qui alios refert, different. 12. §. 2. n. 15. Et ad restitutionem excessus, computatio est facienda ex parte emptoris ab infimo pretio, ex parte venditoris à supremo, Dicastill. sup. dub. 11. n. 144. 145.

Ad Num. 12.

57 Sunt qui praefatam conclusionem limitant, cum contrahens ignorans justum rei pretium bona fide laedit, nam; hic laesione postea cognita, nec peccat,

nec restituere debet excessum, Ancharran. supra, n. 22. Benincas. de vendit. ad temp. cap. 5. num. 11. Burg. de Paz in cap. cum dilecti, num. 22. de emp. Ludovic. Gom. in cap. 2. n. 7. de constitut. in 6. Barbof. supra, n. 117. Hermos. d. glos. 9. num. 31. & Jurisperitorum hanc magis communem sententiam; dicit Cevall. d. quest. 508. n. 5.

Contrarium sane verius est: scilicet post cognitionem laesionis peccare contrahentem; nisi restituat: cum possit; ut cum D. Covarr. affirmant omnes ferè Theologi, Cardin. Lug. num. 82. vers. Arguunt quarto, Scotus in 4. dist. 15. q. 2. Sylvest. in summ. verbo emptio, n. 9. ad finem, Medina de restitut. quest. 33. col. 8. vers. Quamquam, & quest. 33. col. penult. vers. Tertia propositio, Navarr. in cap. qualitas, num. 42. de poenit. dist. 5. Cevall. ubi proximè, Trullench. in Decalog. tom. 2. lib. 7. c. 23. dub. 11. num. 10. Molin. disp. 350. n. 9. Lessi. de just. lib. 2. c. 21. dub. 11. n. 84. & alii communiter. Nec in contractibus obligatio restituendi provenit à mala fide contrahentis, sed ab actu externo contra justitiam, Pat. Vazq. in opuscul. de restitut. c. 2. §. 2. dub. 2. nu. 25. & probavimus supra, lib. 1. c. 11. n. 61. Unde, nec mala fides potest, ad restituendum obligare; nisi status injustus fuerit; ne bona ab ea obligatione eximere, ubi proximus injustè laeditur.

Possit tamen prima sententia intelligi, cum uterque contrahens rei distractae valorem ignoravit, & ita actum est, ut ambo se fortunae committerent, remittendo sibi invicem, quod praeter justum pretium datum est, vel acceptum; quo casu non tenebitur, qui laesit, quicquam restituere, cum & se periculo laesionis exposuerit; Molin. d. sup. 353. nu. 11. Bonac. tom. 2. tract. de contract. disp. 3. quest. 2. punct. 4. num. 6.

Ibi: Omnes tamen conveniunt.

59 Dupliciter in contractibus quispiam alterum laedere potest, vel mendaciis, ac cavillationibus ad fallendum adhibitis, vel sola ea industria, qua unusquisque proprio patrimonio consulens cum majori compendio nititur negotiari, etsi fiat injustè agere; l. si voluntate, §. C. de rescind. vend. Primo casu, dolus ex proposito intervenire dicimus; secundo, solum re ipsa contingere, cum scilicet absque aliqua fraude contrahens graviter laesus in effectu reperitur, Parlador. ubi proximè, Cyriac. tom. 1. controvers. 160. ex n. 94. Menoch. conf. 412. n. 7. Hermos. in d. l. 56. glos. 11. nu. 47. Molin. de primog. lib. 2. c. 3. n. 13. in fin. & n. 17. vers. Item ultra dolum. Dolus verò re ipsa contingens verè talis non est; cum non ex quantitate, sed ex qualitate facti dolus arguatur; l. dolus 10. C. de rescind. vend. Cyriac. sup. n. 66. Card. Lug. disp. 22. n. 96. Molin. disp. 352. n. 1. Pet. Gregor. syntagm. lib. 21. c. 13. n. 4. Sic tamen ab effectu appellatur, quandoquidem laesus damnnum patitur; ac si dolus intervenisset; quem admodum Consultus, in l. ergo 4. §. Si quis auctorem, ff. de fideicommiss. libertatib. fraudati creditores dixit, qui solo effectu, non consilio debitoris laedebatur.

Hoc autem limitatur in enormissima laesione, in qua dolus re ipsa contingens, propriissimus; & ex proposito adhibitus praesumitur, quamvis animus fraudandi lateat; Menoch. cum aliis, ubi proximè, Hermos. d. glos. 11. n. 46. Joseph. Ludovic. Perus. decis. 18. n. 70. Inter dolum autem ex proposito praesumptum, & verum, quoad contractuum rescissionem nulla agnoscitur differentia, Hermos. cum aliis in l.

in l. 57. glos. ult. n. 24. tit. 5. part. 5. Unde quicquid in dolo ex proposito statuitur, in laesione enormissima observatur, ut ex dictis hic, & cap. proximo praecedenti constabit.

Est tamen inter utrumque notandum discrimen, quòd dolus verus actionem in dolum praestat criminali non sit praesumptus; Bart. in l. quod Nerva, n. 13. ff. de positi. Bos. in prax. crim. tit. quomodo proced. in delict. n. 37. Joan. Mill. in prax. crim. rub. Accusationis formula, n. 12. & 13. Jul. Clar. in prax. crimin. §. Homicidium, col. 2. vers. Hec tamen conclusio, Menoch. conf. 1194. n. 3. Et nota, quòd ut dolus re ipsa contingere dicatur, necesse non est, laesionem esse enormem, aut enormissimam, sed quamlibet gravem, Parlador. ubi proximè, qui alios refert asserentes dolum re ipsa contingere, cum quis intra dimidiam laeditur.

60 Igitur quoties dolus ex proposito in emptione contractui reperitur, ob quamcumque laesionem, etiam infra dimidiam, est nullitati, vel repetitioni locus, Ant. Gom. d. c. 2. n. 21. in fin. Nogerol. alleg. 8. n. 82. Mangil. de evulsionib. q. 106. n. 15. 16. Mantic. d. tit. 20. n. 61. Galerat. de renuncia. 103. n. 19. Aug. Barbof. in collectan. ad d. l. 2. n. 105. 106. Hermos. in d. l. 56. glos. 9. ex n. 17. Guttier. de gabell. q. 9. n. 17. Cevall. tom. 2. q. 226. n. 6. Cyriac. tom. 3. controvers. 422. n. 7. 8. Martienq. in l. 1. glos. 1. n. 11. tit. 11. lib. 5. Recop. Farin. d. verb. deceptio, n. 43.

Vers. Quoties vero laeso.

61 Dolus ex proposito, aut est dans causam contractui; aut est incidens; tunc autem dolus dat contractui causam, cum eo inducitur quis ad contrahendum, aliàs minimè contrahatur, veluti si homini de emptione non cogitanti, falsa causa proposita, aliquis ad emendum suadeat, l. eleganter 7. ff. de dol. l. 57. tit. 5. p. 5. Card. Lug. sup. n. 67. Bonacin. tract. de restitut. d. sup. 3. q. 1. punct. 1. §. 2. n. 2. Dicastill. de just. lib. 2. tract. 3. disp. 1. dub. 6. n. 61. Caroc. de depositi. p. 2. tit. 2. vers. quos det. act. depositi. n. 5. Cardos. in praxi judic. verbo, contractus, n. 18. Sanch. de matrimo. lib. 1. disp. 64. n. 2. Pichard. in princip. n. 18. Inst. de exceptione. Barbof. in collectan. id. l. si superstitie, n. 10. C. de dol. Qui quidem dolus contractus bonae fidei ipso jure reddit inanes; non sic stricti juris; nam isti mero jure tenent, licet per exceptionem, vel actionem de dolo laesi succurratur, Guttier. d. q. 9. ex n. 5. Valaf. de jur. employeur. q. 3. n. 9. Padilla in l. transactioe finita, C. de transact. Molin. disp. 352. n. 214. Cyriac. tom. 3. controvers. 422. n. 6. Caroc. supra, n. 6. Ant. Gom. ubi proximè, Parlador. different. 42. n. 6. Corral. miscellanear. lib. 2. c. 8. D. Covarr. late in reg. possessor part. 2. §. 6. n. 6. qui n. 8. ait, hanc differentiam non procedere in foro conscientiae, in quo omnes contractus dolus irritat, sequuntur Guttier. n. 7. Molin. d. sup. 352. Hermos. d. l. 57. glos. 1. n. 1. Bonacina cum aliis n. 3. Sed videas Card. Lug. à n. 70.

62 Quam differentiam inter contractus bonae fidei, & stricti juris: de jure Canonico non admitti, quia secundum illud omnes contractus bonae fidei sunt; sentiunt Hermos. ubi proximè, num. 19. Bald. in cop. 1. in fine, de puppet. Jas. in §. Actionem, n. 4. Inst. de actionib. Bonacof. de equit. Canon. conclus. 60. Caroc. supra, n. 8. Cevall. d. quest. 226. num. 7. Sed verius est: jure Canonico, neque hanc: neque alias differentias inter contractus bonae fidei addit. ad Covarr. Tom. I.

fidei, & stricti juris, esse sublatas; argumento cap. cum venerabilis 6. in fine principii, de except. D. Covarr. ubi proximè, n. 5. Parlador. d. different. 41. num. 7. Sarmient. selectar. lib. 3. cap. 3. Alciat. in rubric. ff. de verbor. obligat. n. 4. & cit communiter receptum.

Est advertendum, quòd non aliter contractus nulli sunt propter dolum, nisi talis fuerit, ut in virum prudentissimum, & sagacissimum possit cadere, ut ex multis probat Hermos. d. glos. 1. in fine, ubi rectè ait: hoc in arbitrio Judicis esse, qui pro persona decepti aestimabit, num dolo fuerit ad contrahendum inductus, facilius enim rusticus, quam industrius, ac peritus seductus praesumitur. Nec ex verbis, quae à contrahentibus communiter jactantur, dolus est arguendus, argum. l. sciendum 19. §. Dicitur, in fin. ff. de adilit. edict. Molin. disp. 352. n. 16.

Dolus verò incidens dicitur, cum contrahens deceptipitur; ut cum proprio detrimento contrahat, etsi alio juri esset contracturus; velut si empturo Stichum dicatur, eum esse pictorem, aut fabrum, per mendacium, propter quod pluris emit, quam veritate cognita compararet; quod casu contractus mero jure subsistit, excessus verò reperitur, data actione laeso ex eodem contractu, quamvis laesio non sit ultra dimidiam, d. l. si voluntate, C. de resc. vendit. d. l. & eleganter, ff. de dol. ubi Glos. d. l. 57. tit. 5. part. 5. & ibi Hermos. glos. ult. n. 2. Guttier. d. quest. 9. num. 17. Molin. d. disp. 352. n. 10. Ferret. in l. si quis cum alter, ff. de verbor. obligat. Cyriac. d. controvers. 422. n. 6. Pichard. in §. Actionem, quest. 9. Inst. de act. on. & in princip. num. 19. Inst. de except. Caroc. supra, Martienq. in l. 2. glos. 2. n. 4. tit. 11. lib. 5. Recopil. Anton. Gom. ubi proximè, Cevall. d. quest. 226. n. 226. n. 6. Card. Lug. num. 67. vers. Dolus incidens, Bonacin. num. 2. 6. Sanch. n. 1. Dicastill. num. 61. 8.

65 Haec, ubi dolus ab eisdem contrahentibus adhibetur. Quod si Tertius sit, qui decipiat; primò in eum de dolo actio datur; & in subsidium, cum hic solvendo non est, adversus contrahentem, qui commodum ex fraude percepit, quatenus locupletior est factus, agitur: Hermos. in d. l. 57. glos. 1. num. 21. 22. Scaccia d. ampliat. 10. num. 8. 3. Caroc. de locat. tit. d. d. dant. caus. contractui, num. 9. 10. 11. 24. & de depos. tit. supra citato, n. 13. Azor. inst. moral. part. 3. lib. 6. tit. de contractib. capit. 10. quest. 2. Mantica, supra, lib. 1. tit. 9. numer. 6. 29. De quo Card. Lug. numer. 83. Dicastill. à numer. 87. Bonac. nu. 3. vers. Dixi. si datus. Ex quibus nota, quod cum dolus intervenit quomodocunque circa substantiam rei emptae, etiam à tertio adhibitus, non tenet contractus ex defectu consensus, Dicastill. tract. 9. disp. 3. dub. 2. ubi de emptione.

66 Quibus praemissis sciendum est, quod quoties dolus contractui causam dans in venditione reperitur, optio ipsi laeso etiam infra dimidiam competit, ut à conventionem omnino recedatur, vel ut ei stetur, sibi que id. in quo fuit laesus, restituatur; Farin. in fragment. verb. deceptio, n. 34. vers. Et deinde Plac. in epitom. delictor. cap. 36. num. 17. vers. Quod si laeso, Martienq. in d. l. 1. glos. 1. nu. 11. tit. 11. lib. 5. Recopilat. Mexia, ad leg. Toler. in resp. ad 6. & 8. part. primae fundament. num. 61. vers. Aretinus ipse, & in pragmat. tax. pan. conclus. 1. num. 58. Barbof. in collectan. ad l. transactio-nem, num. 5. C. de transactio. & in collectan. ad d. l. 21. num. 74. Hermos. in d. l. 56. glos. 5. num. 17. Didac. Per. in l. 1. glos. unic. vers. Si verò fuit;